

Πεζὺς ποτ' ἔσαι; γῆ ἢ ναυθλαστή-  
 (ε)  
 Ρῆσοντι πηδοῖς χέρσιν.

Quod videndi, quos citant alii: præter, qui ex professo: Æschylus in Persis, Iſocrates Panegyrico, Virgilius in Culice, Plutarch. *Ἐπὶ ἀπορρησίας*, Iuvenalis Sat. x, Ammianus lib. vigesimo secundo, Arnobius lib. i. advers. gentes, Ioannes Tzetzta Chiliade I historia xxxii.

Inde rursus modice se laxans & semiorbe, inquit Ammianus, turgescens altrinsecus, lataque aperiens terrarum devortia, facit *Propontidem*, inter Thraciam & Bithyniam; à qua, *Bebrycia* quondam, *Bebrycium Mare* legitur appellatum apud Tzetzam: Italis *Mar di Marmora*, ab Insula Proconneso; ea enim Marmoris (quod ab urbe vicina, *Cyzicenum*) ferax, non hodie tantum, ut indicat Bello-nius, sed & avorum nostrorum memoria, quod docet *Cutopalates* Græcus Scrip-tor, *Marmora* dicta; unde cognominis illi *Propontis*.

Hæc mox stringitur, & in paucula stadia coarctatur, fitque *Bosporus Thracius*: dictus ab Io Inachi filia, quæ formam Bovis induta, Mare hoc loco trajecisse fingitur. Interpretes Apollonii ad lib. ii. *Argonautic.* Βόσπορος ὀνομαζέσθαι διὰ τὸ δοκεῖν